Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Super Lucae evangelium catena - Cod. Aug. pap. 12

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Reichenau], 1442

Cap. XXI

urn:nbn:de:bsz:31-84729

Visual Library

querunt in maiori dampnatione plectuntur.

Sequitur **Capitulum xxi[m]**

Respiciens autem vidit eos. **Glosa.** Postquam dominus redarguit scribarum avariciam qui domos viduarum devorabant commendat vidue elemosinam. Unde dicitur

Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophilacium divites. **Beda.** Quia sermone greco philaxe servare dicitur et gaza lingua persica divicie vocantur Gazophilacium locus appellari solet quo divicie servantur. Erat autem archa foramen habens desuper posita iuxta altare ad dexteram ingredientibus domum domini in quam mittebant sacerdotes qui custodiebant ostia omnem pecuniam que deferebatur ad templum domini. Dominus autem sicut operantes in domo sua destituit ita et dona ferentes respicit et quem dignum viderit laudat quem reprobum dampnat. Unde sequitur Vidit autem et quandam viduam pauperculam mittentem era minuta. **Cyrillus.** Duos obulos offerebat quos cum sudoribus ad diurnum victum acquisierat vel que cottidie per aliena poscit suffragia deo donat ostendens ei suam paupertatem fructiferam. Vincit igitur alios et iusta censura coronatur a deo. Unde sequitur Et ait illis Vere dico vobis quia vidua hec pauper plus quam omnes misit. **Beda.** Acceptabile enim est quicquid bono animo obtulerimus qui cor et non substantiam pensat. nec perpendit quantum in eius sacrificio sed ex quanto proferatur. Unde sequitur Nam omnes hii ex habundanti sibi miserunt in munera dei. Hec autem ex eo quod illi deest. omnem victum suum quem habuit misit. **Crisostomus.** Non enim paucitate oblati sed copiam affectus intuitus est deus. Non enim est ex pluribus pauca impendere sed illud vidue que totam suam evacuavit substantiam. Quod si nequis tantum offerre sicut vidua. offer saltem totum superfluum. **Beda.** Mystice autem divites qui in gazophilacium munera mittebant iudeos de iusticia legis elatos. Vidua pauper ecclesie simplicitatem. Que pauper recte vocatur quia vel superbie spiritum vel peccata tamquam mundi divicias abiecit. Vidua vero quia vir eius pro ea mortem pertulit. Hec in gazophilacium duo era minuta mittit quia in conspectu dei apud quem omnis operis oblatio constat munera sua defert sive. sive dilectionem dei et proximi sive fidei et orationis que cuncta superbis iudeorum operibus prestant. Et iudei quidem ex habundancia iusticie sue presumunt. Ecclesia autem omnem victum suum mittit quia omne quod vivit divini esse muneris intelligit. **Theophilus.** Vel vidua potest intelligi quelibet anima orbata quasi primo viro pristina lege et non digna copule verbi dei que loco eris offert deo fidem et conscientiam bonam et plus videtur offerre divitibus in sermone et superfluentibus moralibus gentilium virtutibus. Et quibusdam dicentibus etc. **Eusebius.** Quod spectanda forent que pertinebant ad templi structuram. manifestant historie et huc usque quedam constant reliquie quibus percipitur que dudum erant fabricarum vestigia. Sed dominus intuentibus templi fabricas promulgavit quod in eo lapis super lapidem non remanet. Dicitur enim Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis et donis esset ornatum. dixit Hec que videtis venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non

destruatur. Decebat enim locum illum propter
cultorum audaciam omnimodam desolationem pati. Be-
da. Divina etiam dispensatio procuravit ut
civitas illa et templum subverteretur. Ne quis for-
te adhuc parvulus in fide videret illa contes-
tare dum sacrificiorum ritum attonitus stupe-
ret et raperetur in ritum. Ambrosius. Verum igitur
dictum est de templo manufacto quod non aut
vetustas consumat aut ruina subruat aut
ignis cremat. Tamen est et aliud templum
scilicet synagoga cuius structura vetus
ecclesia surgente dissolvitur. Est etiam templum
unicuique quod deficiente fide labitur
et maxime si quis falso Christi nomine ob-
tendat quo interiorem expugnet affectum.
Cyrillus. Nequaquam autem discipuli adver-
terunt vim dictorum, sed arbitrabantur
de consummatione seculi dictum fore. Et ideo
quaerebant quo tempore deberent accidere.
Unde sequitur. Interrogabant autem illum di-
centes: Preceptor, quando hec erunt et quod si-
gnum cum fieri incipient. Ambrosius. Ma-
theus tertiam interrogationem addidit ut et
templi tempora destruendi et signum ad-
ventus et consummationis seculi a discipulis que-
reretur. Interrogatus autem dominus quando templi fu-
tura esset destructio et quod signum esset
eius adventus, de signis docet, de tempore
vero curat in timandum. Sequitur enim:
Qui dixit: Videte ne seducamini. Atha-
nasius. Cum enim sint nobis a deo ca-
rismata et dogmata que sunt super hominem
tradita, scilicet celestis conversationis forma,
virtus contra demones, et adoptio et
notitia patris et verbi et spiritus sancti, dominum
adversarius noster dyabolus circuit querens no-
bis subripere insita semina. Ubi dominus quo-
tamquam sua preciosa dona in nobis sua do-
cumenta concludens monet ne seduca-
mur. Magnum autem quoddam donum tribuit
nobis dei verbum ut non solum ex ap-
parentibus non decipiamur, sed etiam si qua

latentia sunt in mente dividamus per spiritus gratiam.
Cum enim sit adversarius dyabolus inventor ma-
litie, hoc quod ipse est occultat. Nomen vero
veritatis cupitum simulat callide. Puta si quis
subiectos sibi volens filios alienos parentibus
absentibus fingat eorum vultus et filios de-
siderantes seducat. Ergo mania quasi he-
resum dyabolus figuratus dicit: Ego sum Christus
et apud me veritas est. Unde sequitur:
Multi enim venient in nomine meo dicentes
quia ego sum, et tempus appropinquabit.
Cyrillus. Ante suum enim descensum de celo
pervenient aliqui quibus acquiescere non
oportet. Voluit enim unigenitus filius dei
cum venit ut mundum salvaret latere ut
autem sustinet a nobis. Sed secundus eius
adventus non erit clanculo ut ante, sed
terribilis et manifestus. Descendet enim in
gloria dei patris ministrantibus angelis
ut mundum in iustitia iudicet. Unde con-
cludit: Nolite ergo ire post illos. Tytus.
Vel forsitan non dicit pseudo christos
ante consummationem venientes, sed eos
qui fuere tempore apostolorum. Beda. Multi enim
imminente iherosolimorum excidio principes extitere
qui se dicerent esse christos tempora libe-
tatis appropinquare. Multi etiam in ecclesia he-
resiarche diem domini instare predicaverunt
quos apostolus ad thessalonicenses dampnat.
Multi etiam in nomine Christi venere antichristi,
quorum primus est Symon magus, cui dice-
bant: Hic est virtus dei que vocatur mag-
na. Cum autem audieritis prelia. Gregorius in omelia.
Perituri mundi precurrentia mala denun-
ciat dominus ut eo minus perturbent veni-
entia quo fuerint prescita. Minus enim ia-
cula feriunt que previdentur. Unde dicit:
Cum autem audieritis prelia et seditiones
nolite terreri. Bella ad hostes pertinent,
seditiones ad cives. Ut ergo nos indicet

exterius quam turbari aliud nos facit ab
hostibus aliud a fratribus proprie. Ambrosius
Verborum autem celestium nulli magis quam nos
testes sumus quos mundi finis invenit. quanta
prelia et quas opiniones accepimus preliorum
Gregorius in omelia Sed hiis malis precedentibus
quia non statim finis sequatur adiungitur. Opor-
tet hec primum fieri sed nondum statim
finis. Ultima enim tribulacio multis tribu-
lacionibus prevenitur. Omnia multa debent ma-
la prevenire ut malum valeant sine fine
nunciare. Unde sequitur. Tunc dicebat il-
lis Surget gens contra gentem et reg-
num contra regnum. Alia necesse est ut alia
ex celo alia ex terra alia ab elementis
alia ab hominibus patiamur. Hic ergo sig-
natur perturbacio hominum. Sequitur. Et
terremotus magni erunt per loca. Et re
respicit iram desuper. Crisostomus Terremo-
tus enim quandoque ire signum est. Nam et
quando crucifixus est dominus mota est terra quan-
do vero persecucionis indicium. Sicut orantibus
apostolis commotus est locus in quo erant con-
gregati. Sequitur. Et pestilencie. Gregorius in
omelia. Et in equalitate corporum. Et
fames. et sterilitas terre. Terrores quoque
de celo et signa magna erunt. et in
equalitas aeris. Quod ad eas tempesta-
tes referendum est que nequaquam ordinem
temporum servant. Que enim ordine non ve-
niunt signum non sunt. Omnia autem que ad usum
vite accepimus ad usum convertimus culpe
Sed cuncta que ad usum pravitatis inflec-
timus ad usum vertuntur ultionis Ambro-
sius. Occasionem ergo seculi precedunt quedam
egritudines mundi scilicet fames pes-
tilencia et persecucio Theophilus Credendum autem
hec in consummacione futura. sed et tempore
captivitatis iudeorum fuisse impleta noluit

dicere. namque pacis tempore multas eis
sediciones et bella Iudei habuerunt. Et bel-
lis autem pestes et fames consequuntur. hec
quidem aere cadaveribus infecto illa in-
cultis manentibus arvis. Sed et Iosephus
intollerabiles erumpnas evenisse reci-
tat propter famem et tempore Claudii ce-
saris fames invaluit ut in actibus legitur
et plurima terribilia contigerunt captivitatem iudeorum
indicancia ut Iosephus narrat. Crisostomus Dicit
autem quod non statim finis civitatis eveniet
ut scilicet ultima captivitate sed per prelia
multa. Beda. Admonentur etiam apostoli ne
terreantur hiis prevenientibus ne ierusalem in-
deam quam deserant. Post autem regnum contra
regnum et pestilencia terre quorum sermo
serpit ut cancer et fames audiendi
verbi dei Et commocio universe terre Et
aliena fide separacio eam in hereticis in-
telligi qui contra se invicem dimicantes
ecclesie victoriam faciunt. Ambrosius.
Sunt autem et alia bella que vir christia-
nus experimus diversorum quoque plu-
rimarum cupiditatum studiorum quam conflicta multo
etiam graviores sunt domestici hostes
quam extranei Sed ante hec omnia etc.
Gregorius in omelia. Omnia cuncta que predicta
sunt non de iniusticia ferientis sunt
sed de meritis mundi pacientis facta pra-
vorum hominum prenunciantur cum dicitur Sed
ante hec omnia inicient vobis ma-
nus suas et persequentur tradentes in
synagogas et custodias trahentes
ad reges ad presides propter nomen
meum. Ac si dicat Prius corda hominum
et post elementa turbantur ut cum rerum
ordo confunditur ex qua tribulacione
veniat demonstratur. Nam quamvis finis
mundi ex ipso suo ordine pendeat pro

c(on)fessores tame(n) quos(dam) in uehemens quia
digne nimis illius o(b)p(ro)brant in no(n) testis
Cirillus. Vel hoc dicit quia p(ri)us quid
a romanis iu(dicu)m capitur p(re)ssi per secutores
audiens discipuli incarcerati s(un)t et p(re)sentati
principib(us) a(post)p(ol)us e(st) paulus roma(m) ad cesare(m)
astitit p(re)sidi festo et agrippe Seq(ui)t(ur) Con
tinget aut(em) uobis in testimoniu(m) **Greus**
In martiriu(m) i(d est) in martirij gloria(m) **Greg(orius)
in om(elia)**. Vel in testimoniu(m) videlic(et) cor(um) q(ui)
nos p(er)sequendo mortem inferunt aut
uidendo no(n) mutant(ur) ut inde p(er)ius sine
excusatio(n)e pereunt Vnde electi exemplu(m)
capiu(n)t vt viuant Sed auditis tot
erroribus turbari poterant auditor(um) cor
da Vnde ad eor(um) consolatio(n)e(m) subdit(ur).
Ponite ergo in cordibus v(est)ris no(n) pre
meditari quemadmodu(m) respondeatis.
Theo(philus) Quia enim ydeote erant et im
periti hec eis d(omi)n(u)s dicit ne turbaren(tur)
~~[illegible]~~ reddituri sapientib(us) rom(anis). Et cau(sam)
subdit Ego enim dabo uobis os et sa
pientiam cui non poterunt resist(er)e et
contra dic(er)e om(n)es adu(er)sarij v(est)ri q(uasi) d(icat)
Statim a me s(u)scepturi facundia(m) et
sapiam ut nec om(n)es adu(er)sarij v(est)ri s(im)
(con)tinui queant resist(er)e valeant vo
bis nec in sapia i(d est) in vi ~~[illegible]~~ tractatu(s)
nec in eloquentia et sermonis lepore
Sepe enim multi sapiam quide(m) h(abe)nt
i(n) mente sed cu(m) s(un)t irritabiles ad
turbacio(n)em eam (con)fundu(n)t cu(m) tempus
fuit (con)ponendi Non aut(em) s(un)t tales
ap(osto)li sed vtrumq(ue) gracios(i) s(un)t **Greg(orius)
in om(elia)**. Ac s(i) d(omi)n(u)s suis dicat Nolite
timere vos ad certame(n) acceditis Ego p(re)
lior vos illa editis sed ego sum qui loq(ue)r
Ambrosius Alibi aut(em) sp(iritu)s in discipulis
alibi pater alibi sp(iritu)s loq(ui)t(ur) p(at)ris No(n)
discordant ista sed congruunt Qu(od) vnus
loq(ui)t(ur) tres loqu(u)nt(ur) quia vox e(st) vna

(tr)initatis **Theo(philus)** Hys aut(em) dictis et pro
puls(o) imp(ro)vise timore subdit Et quidda(m)
aliud no(n)i(n)tu(m) q(uod) cor(um) a(n)i(m)as poterat (con)mouere
ne subito irruens eos turbaret Seq(ui)t(ur)
enim Trademini aut(em) a parentib(us) et fratribus et
cognatis et amicis et morte afficient ex
vobis **Greg(orius) in om(elia)**. plus in nobis cruc(iamen)ta
menta seuiunt que ab illis patimur de quor(um)
mentibus (con)fidebamus quia cu(m) dampno
corporis mala nos cruciant amisse caritat(is)
Greg(orius) nyssenus Consideremus aut(em) statu(m)
qui tunc temporis erat omnibus suspectis ad
inuicem diuidebant(ur) cognationes in inuice(m)
disgregate pr(e) cultus et filius gentilis p(ro)
ditor fiebat paren(tum) fideliu(m) et in filiu(m)
qui crediderat p(at)er in in fidelitate ob
stinatus accusator fiebat omnis etas
erat exposita p(er)sequentib(us) fidem nec
mulieribus succurrebat naturalis sexus
fragilitas **Theo(philus)** Hys aut(em) dictis et
de odio subiungit q(uod) ab omnib(us) patient(ur)
Seq(ui)t(ur) Et eritis odio hominibus p(ro)pter
nome(n) meu(m) **Greg(orius) in om(elia)**. Sed quia
dura s(un)t q(ue) predicant(ur) de afflictio(n)e mo(r)
tis p(ro)tinus consolatio subdit(ur) de gau
dio resurrectio(n)is cu(m) dicit(ur) Et capillus
de capite v(est)ro no(n) peribit q(uasi) d(icat) m(em)b(ri)s
suis Cur timetis ne pereat quod i(n)
cisum dolet qui et illud in vobis pe
rire non p(ati)t(ur) quod in cisum no(n) dolet.
Beda. Vel aliter Capillus de capite
discipulor(um) d(omi)ni no(n) peribit q(uia) no(n) solu(m)
fortia facta vel dicta s(an)c(t)or(um) sed et
tenuissima cogitatio digna mercede
donabit **Greg(orius) v(ndecim)o mor(alium)** Qui aut(em)
paciam in adu(er)sis tenet inde cunct(is)
adu(er)sa omnia fortis efficit(ur) Vnde sibi
et se ip(su)m vincendo d(omi)nat(ur) Vnde s(equitu)r
In paci(enti)a v(est)ra possi(debitis) a(nimas) v(est)ras Quid enim
e(st) a(n)i(m)as possid(er)e nisi in omnib(us) p(er)fecte

vincere tuetur q mentis motibz quasi
ex parte contritis dnatur Greg in om
Per paciam igitur aias mas possides
quia dum nobis metipsis dnatur disimus
hoc ipm maxime possidere quod sumus
q ditis ante possessione mutuitur patie
pomitur qr radix om custos q virtu
patia e Paciencia uo e aliena mala
equanimiter pati Contra eum quoque qui
mala irrogat nullo dolore mordeir
Cum aut videritis circumdari Beda
Hactenus ea que p xl annos nec
dum fine adueniente futura erant dca
sunt hinc tempe finis desolacois que
a romano exercitu facta e dnm ubis
exponitur cum dicit Cum aut videritis
circumdari ab exercitu ierlm civitate qnia
appinquauit desolacio eius Eusebius
Desolacionem ierlm vocat non amplius
eam a suis nec scdm ritum legalem
constatuitam q nullus expectet post
futura obsidionem et desolacionem
alia in nouacom fieri sicut accidit
tpe regis persarum et illustris Antiochi
et iterum tpe pompei Augus ad esicau
Hec aut dm ubi adeo lucas hoc lo
co commemorat ut ondat tunc facta fu
isse abhominacom desolacois que a da
niele predicta e de qua matheus et
marcus locuti sunt qn expugnata e
ierlm Ambrosius Iudei enim putauerunt
abhominacom desolacois tunc factam
eo q caput porci in templo iecerunt il
ludentes romani iudaice ritui obseruan
cie Eusebius. Dom aut futura in ciui
tate pruidens fame monebat discipulos
ne in futura obsidione in ciuitate co
fugerent tamq ad locum tutum et adeo
protectum. sed magis inde discedent et
ad montes confugerent. Unde sequitur Tunc

qui in iudea sunt fugiant in montes Be
da. Ecclesiastica narrat hystoria cunctos
qui in iudea erant xpianos inminente
ultimo excidio commonitos a dno loco
discessisse et transiordanem in ciuitate
quadam pella noie donec desolacio iu
dee compleretur Augus. Phoc aut ma
theus et marcus dixerunt Et qui supra
tectum non descendat in domum. Addidit
aut nec introeat ut tollat aliquid
de domo pro quo lucas subdit Et qui in
medio eius sunt discedant Beda. Sed
quo absorbetur ciuitate iam circumdata
qui in medio eius sunt discedent nisi forte
q pmisit tunc. non ad ipm tpus obsi
dionis refertur. sed ad proximum ante
obsidione tpus. cum se primum milites ro
manos p galilee uel samarie ptes
cepisset diffunde Augus ad esicau q
eo aut q matheus et marcus po
suit Et qui magis erit non reuertatur
retro tollere uestimentum suum apertius
iste subdit. Et qui in regionibz non in
trent in eam quia dies ulcionis hy
sunt ut impleantur omnia que scripta sunt Be
da. Dies aut ulcionis hy sunt dies
uidelicet dnici sanguinis ulcionem pete
tes Augus ad esicau Deinde similiter
lucas prosequitur sicut et alij duo. Ve
aut pregnantibz et nutrientibz in
illis diebus. Et sic ergo lucas patefa
cit quod poterat esse incertum scilicet
id quod dictum e de abhominacoe deso
lacionis non ad seculi finem. sed ad
expugnacom ierlm ptinere Beda.
Dicit ergo. Ve. pnte captiuitate pg
nantibz et nutrientibz. siue mamatibz
ut quidam interptantur quarum uel uteri
uel manus filiorum sarcina pgrauate
fuge necessitatem non minimum impediunt

Theo. Quidam dicunt dominum pharisaeos signi-
re filiorum eorum quod et Iosephus narrat
Crisostomus. Deinde praedictionis assignat causam
dicens. Erit enim pressura magna super
terram et ira populo huic. Talia enim ma-
la eos occupaverunt ut nulla de inceptis
retro tempora possit eorum calamitatibus
adaequari ut Iosephus narravit. Euse-
bius. Qualiter scilicet a dominatoribus ro-
manis et urbem capientibus multae catervae
iudaici populi more gladii perierunt. Unde
sequitur. Et cadent in ore gladii. Sed
et plures necati sunt fame. Haec autem
acciderunt primo quidem sub Tito et
Vespasiano. Post hos tempore Adriani
principis romanorum. Quando natale solum iude-
is inaccessibile est factum. Unde sequitur
Et captivi ducentur in omnes gentes. Ce-
terum enim orbem iudaei repleverunt et us-
que ad fines terrae pervenerunt. et terra eorum
tenta ab alienigenis habitatur. Solis ipsis
est inaccessibilis facta. Unde sequitur. Et
Ierusalem calcabitur a gentibus donec im-
pleantur tempora nationum. Beda. Quae
scilicet apostolus commemorat dicens Cae-
citas ex parte facta est in ~~[struck]~~ Israel et sic
omnis Israel salvus fieret. Quam cum promissa
salute fuerit potitus ad patriam solum
rediturus non temere sperat. Ambrosius
Mystice autem abhominatio desolationis
adventus antichristi est eo quod sacrilegiis
infaustis mentium interiora contaminet
sedens iuxta historiam in templo ut
~~[struck]~~ sibi vendicet divinae solium potesta-
tis. Iuxta interpretationem autem spiritualem
pulchre inducitur eo quod in affectibus sin-
gulorum vestigium perfidiae suae confirmare
desideret et ex scripturis disputans se
esse christum. Tunc quoque incipiet desolatio quando
a vera religione plurimi lapsi desistent.

Tunc erit dies domini. Quoniam sicut primus
adventus domini fuit redimere peccata ita
et secundus erit quo terre redimenda delicta
ne plures perfidie errore labantur. Est
et alius antichristus id est diabolus qui Ierusalem
id est animam pacificam obsidere nititur sicut lege
exercitu. Ergo quando in medio templi est
diabolus desolatio abhominationis est. Cum
autem unicuique laboranti christi praesentia spiritua-
lis illuxerit tollitur iniquus ex medio et
incipit regnare iustitia. Est etiam tertius
antichristus ut Arrius aut Sabellius et
omnes qui nos prava intentione seducunt.
Hee autem sunt praegnantes quibus vae di-
citur quae ad tumorem sue carnis extendunt
et quibus interioris gressus praegravat
animorum et effectus virtutum. foetae quoque vitiorum
Sed nec illae praegnantes contemptrices
expertes sunt. quae in bonorum actuum
molimine constanter. nec diu aliquos
spiritualis operis dedere processus. Sunt quae
dei timore conceperunt. sed non omnes
pariunt. Sunt enim quae abortivum ex-
cludunt verbum antequam pariant. Sunt
quae in utero christum habent sed non dum
formaverunt. Ergo quae parit iustitiam christum
parit. Nos etiam parvulos nostros ad lac-
tare properemus ne nos quasi imperfectorum
parentes aut iudicii dies aut mortis
inveniat. Quod ita fit si omnia dei
iustitiae in corde custodias nec senec-
tutis tempus expectes. Si in prima aetate
sapientiam sine corruptela corporis tui cito
concipias cito nutrias. In fine autem iu-
daei omnes a nationibus cadentibus subito
in ore gladii spiritualis quia est sermo bis
~~[struck]~~ acutus. Et erunt signa. Be-
da. Quod impletis nationum temporibus
sequatur ex ordine manifestat dicens

Et erunt signa in sole et luna et stel
lis Ambrosius Nunc quidem signa secundum
apostolum evidencius exprimuntur Tunc inquit
sol obscurabitur et luna non dabit lu
men suum et stelle cadent de celo Eusebius
Tunc enim cum vice corruptibilis
similacio agetur et secundum apostolum spes
figura mundi transibit et novum succedet
seculum in quo vice sensibilium luminum
ipse christus fulgebit quasi iubar et
rex novi seculi eius erit tanta numinis
virtus et gloria ut sol qui nunc radiat
atque luna et tota ~~signa~~ sydera adventu
maioris syderis occultentur Crisostomus Sic
enim in hoc seculo luna et sydera maiori
obsistantur orto sole Sic in glosa christi
apparicione sol obtenebrescet et luna
non dabit splendorem iubar et stelle non ca
dent de celo priori spoliate amictu ut
pociores lucis amictu parantur Eusebius
Nunc autem evenient orbi post luminum
obtenebracionem ex quibus fiet angustias
gencium consequenter exprimit dicens.
Et in terris pressura gencium pre confusione
sonitus maris et fluctuum. Ubi videtur
docere principium transmutacionis universi fu
ture ex defectu substancie humide hac enim
prima devorata vel congelata ut non am
plius audiatur sonitus maris. nec contin
gant harenam fluctus eius causa exube
rancias siccitatis. tote mundi partes non am
plius obtinentes vaporem solitum emissi
ex substancia humida transmutacionem paciuntur
et sic cum apparicio salvatoris confuture de
beat repugnancia vero prodigia exordium
sument furores per flamma ex siccitatibus ut
nec tempestas nec fremitus maris ultra
audiatur Alio facto subsequetur angustia
superstitum hominum. Unde sequitur Arescentibus i. tha
bescentibus hominibus pre timore et expecta
cione eorum sunt que venient universo orbi
Nunc autem tunc ingruent mundo asseritur
ondit subdens Nam virtutes celorum mo
vebuntur ut Theophilus Vel aliter Cum alta
bitur supra orbis et elementa in fiora mi
tes paciebantur iacturam Unde sequitur Et in
terris pressura gencium pre confusione sonitus
maris et fluctuum quia dicitur Mare terribile
fremet et litus maris agitabitur tempes
tate. ita ut sic pressa terre pressura. i. quasi in
feria ut habeant timorem et expecta
cionem malorum irruencium mundo Unde sequitur
arescentibus hominibus pre timore et expec
tacione que supervenient universo orbi Augustinus
ad esicium Sed dices Confiteri nos pena
mia compellit ad extremum eum finem. dum im
pletur quod prenunciatum est Nullam enim pro
vinciam nullum locum nostris temporibus non affligi aut
tribulari certum est Sed si ista mala que nunc
patitur genus humanum certa sunt indicia ia
dominum esse venturum quid est quod ait apostolus
Cum dixerint pax et securitas Videa
mus ne ergo ne forte melius intelligatur
non eo modo impleri que predicta sunt hijs verbis
sed tunc potius esse ventura. quando sic erit
tribulacio universo orbi ut ad ecclesiam pertine
at que universo orbe tribulabitur non ad eos
qui tribulabunt eam Ipsi enim sunt dicturi
pax et securitas Nunc autem ista mala que
tamquam summa et extrema credimus utrisque ergo
communia sunt scilicet domino videmus esse quum pariter
quippe hijs boni affliguntur et mali Inter
que tamen mala adhuc usquequaque frequentatur
luxuriosa quivia heccine est arescere pre
timore an potius madescere ~~libidine~~ li
bidine Theophilus Non solum autem mortales
fluctuabunt cum alterabitur mundus. sed etiam
angeli stupebunt in tam terribilibus muta
cionibus universi Unde sequitur Nam vir
tutes celorum movebuntur Gregorius in omelia
Quid enim virtutes celorum nisi angelos
dominaciones principatus et potestates appellat
que in adventu districti iudicis nostris tunc
oculis visibiliter ~~apparebunt~~ apparebunt ut

distincte tunc a nobis exigant hac
q nos modo inuisibilis conditor committ
portat Eusebius Cu etia dei filius sit
venturus in dei gloria et confitatur ge
latam tyrannidem filij portati instructoz
angelis celi fores a seculo clause patebunt
ut prorent omnis celestis Crisos vel virtutes
celi commouebunt quamuis sibi conscie non
sint Videntes enim infinitas multitudines
condempnati non intrepide stabunt illic Be
da Unde et in iob dicitur Columpne celi
contremiscunt et pauent ad nutum eius Quid
ergo facient tabule quando tremunt columpne
Quid virgula deserti patietur cum cedrus
paradisi concutitur Eusebius vel virtutes
celorum sunt que presunt sensibilibz ptibz
vniuersi que quidem tunc mouebuntur ut
potiorem statum attingant absoluentur
enim in seculo nouo a ministerio quo deo
seruiunt circa sensibilia corpora secundum
corruptionis statum Aug ad esitiu Sed
ne dnis cum iniquitate sedes aduentu suo ca
put magno prodiisse uideatur que hunc cur
mundo ante primum eius aduentum fieri con
sueuerant et videamus ab eis qui plura
in historia gentium et maiora legerunt
hec que dicta sunt melius in celis acci
timo intelligi Celum enim est sol et luna
et stelle Cui dictum est Pulchra ut luna
electa ut sol Que tunc non apparebit persecutori
bus vltra modum sevientibus Ambrosius
Omnis etia religione deficientibz clam
fides obscurabitur nube perfidie quia sol ce
lestis michi fide mea minuitur uel augetur
Et sicut mestruibz id est mensium defectibus
luna uel terre opposita cum fuit eo regione
solis vanescit Sic et sol etia cum lu
men celesti vicia obsistunt fulgorem
diuini lucis de xpi radijs non potest imi
tari Nam in persecutionibz luce diuini
solis plerumque amor uite huius Cadunt

etia stelle id est gloria imitantes si persecuti
onis acerbitas cumulescat Que oportet fieri
donec omnis plenitudo cumuletur Sic et
probantur boni sic produntur infirmi Aug
ad esitiu Illud aute dictum est Et mitis
persurus gentium gentes voluit intelligi
non que in semine abrahe benedicentur
sed que ad sinistram stabunt Ambrosius
Ergo varijs aduersis erunt ita graues erunt
ut delictorum multitudine male conscijs fi
ti iudicij metu sacri nobis vos fontis
arescat Que admodum aute dnm expec
tatur aduentus ut eius presentia in toto
fiat ut homines sibe uel mundi quod sit in
singulis tum ambus affectibz recepisse xpi
Sic virtutes celorum in aduentu dnm aug
mentum gre consequntur et plenitudine
diuinitatis prius sunt in fundente moue
buntur Sunt etia virtutes celorum quando enar
rant gloriam dei quod plenmore xpi in fusi
one mouebuntur ut videant xpm.
Aug ad esitiu vel virtutes celorum mo
uebuntur quia impijs persequentibz quida
fideles fortissimi turbabuntur Seq Et
tunc uidebunt filium hominis Theophilus
Tam fideles quam infideles Radiabit
enim amplius sole tam ipse quam crux
eius vnde ab ambubus cognoscetur Aug
Sed aute dixit Venientem in nube duo
bus modis accipi potest Siue in ecclesia sua
tamquam in nube veniente sicut nunc ve
nire non cessat Sed id tunc cum potestate
magna et maiestate quia maior potestas
et mal maiestas illius apparebit sanctis
quibus magnam virtutem dabit ne tanta
persecutione vincantur Siue in corpore suo in
quo sedet ad dexteram patris merito
credendus est non solum in eodem corpore.
Verum etia in nube venturus sicut
venit sicut abijt. Nubes aute sicut

pit eum ab oculis eorum. Crisostomus. Semper
enim deus in nube apparet secundum illud.
Nubes et caligo in circuitu eius. Unde
et filius hominis in nubibus veniet ut
deus et dominus non latenter sed in gloria
digna deo de celo superveniet. Cum potestate ma
gna et maiestate. Cyrillus. Intelli
gendum est similiter magna potencia enim
apparicionem perfecturus est cum in firmitate
et humilitate nostra sed secundum celebrabit
cum ipsa potestate et maiestate. Gregorius in
omelia. In potestate enim et maiestate visuri sunt
quem in humilitate positum audire noluerunt ut
virtutem eius tanto tunc districcius senci
ant quanto nunc cervicem cordis ad eius
paciam non inclinant. Quia hiis autem fieri
incipientibus. Gregorius in omelia. Quia pre
missa contra reprobos dicta sunt magis ad electorum
consolacionem verba vertuntur. Nam subditur
Hiis autem fieri incipientibus ~~[illegible]~~ respi
cite et levate capita vestra quoniam appropinquat
redempcio vestra. Ac si dicat. Cum plage
mundi crebrescunt levate capita id est ex
hilaritate corda. quasi dum finitur mundus
cuius amici non estis prope fit redempcio
quam quesistis. In scriptura enim sacra se
pe caput pro mente ponitur quia sicut ca
pite reguntur membra. ita cogitaciones men
te disponuntur. Capita itaque levare est
mentes nostras ad gaudia patrie celestis
erigere. Eusebius. Vel aliter transactis
corporalibus aderunt intelligibilia et celes
tia scilicet regnum celi non amplius
transitura et tunc digne salubria pro
missa tribuentur. Unde dicitur hiis autem
fieri incipientibus respicite et levate ca
pita vestra quoniam appropinquat vestra. Accepturi
enim dei promissa que speramus erige
mini quasi ante currum sumus et ele
vabimus capita nostra gaudentes humiliati eo
quod redempcio nostra quam sperabamus aderit
illa scilicet quam tota creatura expectat.
Theophilus. id est perfecta libertas corporis et anime.
Sicut enim primus adventus domini fuit
ad reformacionem animarum nostrarum. Sic secundus
ad reformacionem corporum celebrabitur.
Eusebius. Dicit autem hoc ad discipulos
non tamen ad eos qui durare debebant
in vita ista usque ad terminum mundi. sed
quasi uno corpore existente ipsis et nobis
et posteris usque ad consummacionem mundi
credituris in ipsum. Gregorius in omelia. Ut
autem calcari mundus atque despici debeat
quadam comparacione manifestat cum subdit
Videte ficulneam et omnes arbores. Cum
producunt iam ex se fructum scitis quoniam prope
est estas. Ita et vos cum videritis hec
fieri scitote quoniam prope est regnum dei. q.
d. Sicut ex fructu arborum ventura estas
agnoscitur. Ita ex ruina mundi prope esse
cognoscitur regnum dei. Et ex hoc osten
ditur quia fructus mundi ruina est
ad hoc enim germinat ut quecumque ger
minaverit cladibus consumat. Bene autem
regnum dei estati comparatur. quia tunc me
roris nostri nebule transeunt et vite dies
eterni solis claritate fulgescunt. Ambrosius
Matheus autem de sola dixit ficulnea hic
de arboribus omnibus. Duplicem autem habet
figuram ficulnea vel cum durum maturescit
vel cum prius luxuriant. Cum ergo cum
fructus omnibus arboribus et ficulnea
fecunda iam floret id est cum omnis lingua
confitetur deo confitente. circa ipsos in
de celo sperare debemus domini adventum.
quo tempore quibus estivus resurreccio
nis fructus metentur. sive cum levem
fragilem quasi iactanciam tamquam folia syna
goge homo iniquitatis induerit tunc
instare debemus appropinquare iudicium. Nam

terminari ~~debemus dicta~~ fidem domini et
delinquendi finem afferre festinat Aug(ustinus)
ad Esicium Cum autem dicit Cum autem
videritis hec fieri que intelligere possimus
nisi ea que supra memorata sunt In his
autem est quod ait Et tunc videbunt filium
hominis venientem etc. Proinde cum hoc in-
tum fuit non iam erit regnum dei sed
prope erit an dicendum sit non omnia que
supra commemorata sunt esse intelligenda
ubi ait. Cum videritis hec fieri. sed aliquid
eorum hoc scilicet excepto quod dictum est
Et tunc videbunt filium hominis etc. Sed
Matheus aperuit nullis exceptis esse
accipiendum dicens Ita et vos cum vi-
deritis hec omnia inter ~~vos~~ que est
quod videtur filius hominis veniens ut
intelligatur de adventu quo modo venit
in membris suis tamquam in nubibus vel in tota
tamquam in nube magna. Titus. vel aliter
dicitur prope esse regnum dei quia cum hec
fient nondum quidem ultimus finis rerum eveniet
et. sed iam in finem tendunt illa et
ipse domini adventus eliminans omnem
principatum et potestatem preparat regno dei
Eusebius Sicut enim inchoat vita
sol hyeme recedente ac succedente
vere radium calidum mittens fovet
ac vivificat condita humi semina eo
venientia pristinam figuram pullulant autem
nova varium virore hinc Sic et
gloriosus unigeniti dei adventus
vivificativis radiis illustrans novum
seculum domini condita per totum mundum semina
scilicet dormientes in pulvere terre pre-
tiosioribus corporibus quam prius producet in
lucem ac confricata ~~[illegible]~~ morte reg-
nabit deinceps vita seculi novi Gre-
gorius in omelia. Omnia autem predicta sub ma-
gna certitudine affirmantur cum sub-
ditur Amen dico vobis quia non preteribit

generatio hec donec omnia fiant. Beda.
Cumulum commendat quia promittat et si di-
ceret fas est inversus eius est quod dicit Amen
dico vobis Amen quippe interpretatur vere
Igitur veritas dicit Amen dico vobis
quasi non diceret mentiri enim non posset
Generationem autem aut omne hominum genus dicit
aut specialiter Iudeorum Eusebius. Vel
generationem dicit novam generationem ecclesie sive
sancte credentes duraturos populum fidelium usque
ad illud tempus quo visurus sit omnia
et eventus verborum salvatoris oculis apprehen-
det Theophilus Omnia enim turbationes et
bella et alterationes tam elementorum quam
ceterarum rerum futurorum esse predixerat. ne
quis suspicaretur quod et ipsa christianitas
penitus foret subiugata. Celum et terra
transibunt. verba autem mea non tran-
sient quasi dicat. Et si cuncta commoveantur fides
tamen mea non deficiet Ex quo innuit
ecclesiam preferri toti creature. Sed tracta
pariter alteracionem. fidelium idest certa et
sermones evangelij permanebunt Greg(orius)
in omelia vel aliter Celum et terra transibunt
etc. quasi dicat. omne quod apud nos durabile
est sine mutatione durabile ad eternitatem
non est et omne quod apud me transire
cernitur. fixum et sine transitu tenetur
quia sine mutabilitate manentes sententias
exprimunt eius ~~[illegible]~~ qui transit. Beda
Celum autem quod transibit non ethereum sive
sidereum sive aereum a quo aves celi
nominantur intelligere debemus Si autem terra
transibit quod Ecclesiastes dicit terra in eternum
stat Sed aperta ratione celum et terra per eam
quam nunc habent ymaginem transeunt. at-
tamen per essentiam sine fine subsistunt
Attendite autem vobis ne forte graventur
etc. Theophilus Posuit supra duo terribilia
et sensibilia malorum indicia que indicia
~~[illegible]~~ quod occupabunt peccatores. Sed
contra hec mala remedium est cautela

et oracio vnde dicitur attendite autem
vobis ne forte grauentur corda vestra in cra
pula et ebrietate **Basilius** Singula
animalium attenditore omnium deus habet in ipsis
causis faciente ad tutelam consistencie sue
propter quod et xpistus nobis dedit hanc
monicionem vt que illis a natura hec nobis
auxilio racionis et cautela contingant fugi
entibus quidem peccatum ut irracionabilia
fugiunt mortifera pabula. Inquirentibus
vero iusticiam sicut illa herbas nutriti
uas requirunt Et ideo dicit. Attendite
vobis. Vt scilicet discernere possitis
a salubri nociuum. Sed quoniam dupliciter con
tingit attendere hinc quidem corporis
oculis illuc vero per intellectualem virtutem
non attingit. Restat igitur dictum esse
de opere intellectus. Attendite. hoc est
vndique circumspiciate vos per vigiles habentes
ad cauas custodiam animae lumen. Neque autem
dixit Attendite vestris aut eis que circa
vos sunt. sed vobis. Vos enim estis in
tellectus et anima. Vestrum autem corpus est
sensus. Circa nos autem opes artes et
reliqua vite suppellex. Quibus non mouet
attendendum sed animae cuius est precipua cu
ra habenda. Eadem non admonicio egrota
tes sanat. et sanos perficit non aliorum re
sores sed suorum scrutatores non dimitte
tes intellectum seruum fieri passionum. sed
irracionabili animae subicientes racionali. Cui
autem sit attendendum subiungit dicens
Ne forte grauentur corda vestra in crapu
la et ebrietate et curis huius vite. **Cyrillus**
q. d. Cauete ne lumen mentis vestre gra
uetur. Cura namque presentis vite et
crapula et ebrietas fugant prudenciam
quassant fidem. operantur naufragia. **Ba
silius** Est autem ebrietas nimius vsus vi
ni. Crapula vero amorositas et nausea que est
in ebrietate amouenda capitis Greco
vocabulo dicta. Sicut igitur cibis ut

non ~~esuriamus~~ esuriamus sic et potu ne
sitiemus parcam utendum inuitando diligencias
lapsum fallax enim est vini ingestio. Anima autem
a vino libera prudentissima erit et optima
Sed humecta vini vaporibus. quasi quadam
nube velatur Curiositas autem huius vite
animus nichil inhibitorum continere videatur
sit tamen ad cultum diuinum non conducit
vitanda est Et quare hoc dixit ostendit
subdens Ut superueniat in vos repenti
na dies illa **Theophilus** Non enim cum delibera
cione veniet dies illa. sed ex improuiso et
furtim capiens tamquam laqueus non cauentes
Vnde sequitur Tamquam laqueus enim super
veniet in omnes qui sedent super faciem
omnis terre. Quod diligencius discuti potest.
Capiet enim dies illa sedentes in super
ficie terre quasi inpremeditatos et incertos
Quotquot vero sunt alertos et agiles
ad bonum non sedentes et orantes in te
rens. sed surgentes ab eis sibi dicentes
Surge vade quoniam non est hic tibi requies
talibus non est illa dies ut laqueus et
discrimen. sed ut dies festiuus. **Eusebius**
Predicta ergo docuit esse attendenda ad
cauendam grauedinem inde prouenientem
Vnde sequitur Vigilate itaque omni tempore
orantes ut digni habeamini fugere ista
omnia que futura sunt. **Theophilus** Scilicet
famem pestem et cetera huius que equaliter e
lectis et aliis imminent et ea que post
modum accidunt reis prohemium. Illa enim que
aliter cauere non possimus nisi per vigilias
et oraciones **Augustinus de consensu ewangelistarum** Hec
intelligitur illa fuga quam Matheus com
memorat. que non debet fieri in hyeme vel
sabbato. Ad hyemem pertinent cure huius
vite que tristes sunt velud hyems. Ad sab
batum vero crapula et ebrietas que carnali
leticia luxuria quasi cor submergit atque
obruit. Quod malo sabbati nomine significatur
quia illo die in dei deliciis affluunt du

spuale sabbatu ignorant. Theophil9
Et quia scriptum docet no solu fugere
mala sed eciam inti ad gloriam eoquenda
subdit. Et stare an filiu hominis. hec
e enim angelica gloria stare an filiu hois
deum uirum et faciem eius iugiter cerne
Beda. Et certe si quis sapiens medic9
preperet attende a se sitis alicuius her
be ne repentinus in titus supuenit ma
gno studio medici mandata suarent. Ne
aut salvatore admonente ebrietatem et
crapulam et curas seculi ee cauendus
hijs saucari et esuriem no timent et fide
qua medici dictis prebent dm libris pbe
ntendunt. Erat aut diebus docens etc
Beda. Que illis preceperat dns suis
firmat exemplis nam qui nos an
iudicis adventu et mortem singulorum
ueniat ad vigilandum hortatus est et
orandum et ipse i inminente tpe passio
nis sue docens vigilijs et precibus in
stat. Unde dicit Erat aut diebus
docens in templo. Anguus suo exemplo
insinuat hec ee digne deo vigilare
vel dicto vel facto pponens viam ve
ritatis omnibus. Cyrillus. Que aut erant
que docebat nisi transcendencia cultu
legis. Instabat em tpus quo debet
umbra in veritatem transformari. Theo9
Tacuerunt aut evangeliste plura do
cumenta xpi qui cum p triennium fere
pdicavit doctrina eius q conscripserunt
dicit aliquis vix ad unius diei sermone
sufficere. Ex pluribus aut pauca de
scribentes docuerunt nobis quoda gustu dul
cedinis doctrine ipius. Ostendit aut nob
dns q oportet noctu et quiete alloqui
deum et in die pdesse hominibus et collige
quide in nocte distribue vero collecta in
die. Unde sequitur Noctibus vero exiens
morabatur in monte qui vocatur oliveti
Non q opus hret orone sed ad exemplu

dandu hoc egit. Cyrillus. Quia vero
eloquium eius impietate erat et prevaluit trans
ferebat in spualem cultum q p moysen et
pphetas tradita fuerant in figuris ppulus
cum avidius audiebat. Unde sequitur Et ois
ppulus manicabat. i. mane venire acce
lerabat. ad eum in templo ~~venire~~ audire
eum. ppulo aut an lucem venienti. ad
eum congruum erat dicere deus deus meus
ad te de luce vigilo. Beda. Aspice aut
et nos cum inter prospera sobrie et pie
et iuste q'si quadam diebus in templo docemus
qn formam boni operis fidelibus pbentes
noctibus vero in monte oliveti moramur
qn in tenebris angustiarum spuali consola
cione respiramus. Et ad nos quoque ppulus
manicat cum vel distinctis operibus tene
brarum vel aliis nebulis pressurarum nos
imitantur. Sequitur Capitulum xxij.m

A ppropinquabat autem
dies festus. Cris9
Umbra morum fu
erunt festa iudai
ca a iudeis de pa
scha et azimis nil
magis pfert co
memorans liberacionem ab egipto. Si quis
aut a me quesierit non audiet egipti
nec pharaonem sed ad splendorem erroris
et tenebrarum dyabolum non p moysen sed p
filium dei. Glosa. Ad cuius passionem enar
randam accedens evangelista pmittit
de figura dicens Appropinquabat aut di
es festus azimorum qui dicitur pascha. Be
da. Pascha quod hebraice dicitur pha
se non a passione sed a transitu noiatur
eo q exterminator videns sanguinem i fo
ribus ~~aut~~ israelitarum ptransiret nec p
cussit eos vel ipse dns pbens auxi
lium ppulo suo desuper ambularet. hoc
aut inter pascha et azima distat q